

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium 1
cum fonte primo

Iudicis non est sine accusatore dampnare
quia Dominus Iudam,
licet fuisset fur, cum non esset
accusatus, minime abiecit.

Ambrosius I. Corinthios V.

si autem quis potestatem non habet,
quem scit reum, abicere aut probare non
valet, inmunis est; et
iudicis non est sine accusatore damnare,
quia dominus Iudam,
cum fur esset, quia non est
accusatus, minime abiecit.

Ambrosiaster, *Commentarius in epistula ad Corinthios prima*, 5, 2, 2 (CSEL 81.2, H.I. Volgels ed., p.52, ll.19-23).